

Causas dicentes causidici dicuntur advocati, scabini sunt qui et graphiones'. Ende: f. 38^b.

An zweiter Stelle f. 39^a bis 54^a steht, ebenfalls von einigen Händen, die mit den früheren anscheinend dieselben sind, ohne Titel Beda de arte metrica mit Scholien und Glossen. An der Spitze¹ steht eine kurze Vita und dann folgt der Text, umgeben vom Beginn des Kommentars, der in Anlage und Ausdruck gleichfalls auf Remigius hinweist, von dem man in Gorze, Puy und Anchin (viermal) den Kommentar zu Bedas Metrik besass, vgl. N. A. XXXII, 681 f. Jedenfalls ist diese Erklärung in unserer Hs. sehr unvollständig erhalten. Ich gebe hier das kurze Leben Bedas und die Einleitung:

(f. 38^b) Domnus Beda gentis Anglorum indigena fuit. Sunt enim Angli populi Scotiæ et interpretantur secundum Gregorium quasi angeli a pulchritudine corporum. Fuit enim monasticæ religionis, studiosissimus in scriptis, precipue in arte calculatoria², de qua scripsit pulcherrimum et utilem librum, quem titulavit de temporibus sive de ratione temporum. Scripsit enim multa, inter que composuit hunc librum de arte metrica ad erudiendos pueros. Metrica ars dicitur a Greco quod est metron, id est mensura, eo quod ibi mensurantur pedes, sillabe, tempora.

(f. 39^a) Iuxta ordinem consuetudinarium³ tria debemus considerare in pretitulatione huius libelli, personam videlicet, locum et tempus. E quibus duo facile designantur, scilicet persona et tempus. Persona demonstratur⁴, cum auditur Beda, tempus vero, quoniam ex multorum doctorum in suis libellulis insertis exemplis dinoscitur novello pene floruisse tempore, scilicet post Aratorem subdiaconum Romanæ ecclesiæ atque Sedulium versificatorem nobilissimum postque Ambrosium Mediolanensem episcopum necnon⁵ Paulinum Nolane⁶ urbis antistitem atque longe post beatum papam Gregorium. De quo etiam narrat in cronica sua⁷, qualiter claves a⁸ sepulchro beati Petri apostoli famosa⁹ legatione simulque vincula magnis cum muneribus ad Karolum regem Frantiæ direxit. Locus autem non adeo certus videtur, scilicet ubi didicerit vel docuerit. Tamen scimus eum¹⁰ Anglum nobilissimo genere ortum, sacerdotali ordine

1) Nämlich auf den letzten sieben freigebliebenen Linien von f. 38^b. 2) 'calcularia' Hs. 3) 'consuetudinarum' Hs. 4) 'demonstratione, demonstratur' korrigiert, Hs. 5) 'necne' Hs. 6) 'romane' Hs. 7) Der Verf. muss die folgende Stelle, die in letzter Linie auf Cont. Fredeg. c. 22 zurückgeht, in einer Fortsetzung von Bedas Chronik gefunden haben. 8) 'et' Hs. 9) 'fama' Hs. 10) 'cum' Hs.